
228
E 3

BASILIUS
DE
LIONIS
LEGENDIS
ZWOL
T v. OS

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
228 E 3



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
228 E 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
228 E 3



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
228 E 3



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
228 E 3



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
228 E 3

~~279.~~ ~~DK 7~~

XVIe Siècle 228 E 3

circa 1497 en waarschijnlijk in het begin van 1500.

NKi 256

Ned. Bibl. 256.–

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
228 E 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
228 E 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
228 E 3

13857

Magni Baſilij Ceſaree ciuitat' Archi
epi̅ ad nepotes ſuos pulchrum
opuſculū q̄uo legendi ſint
libri ſeculares maxie-
ꝙ poete et qui eoꝝ
refutandi.

Opuſculum ad lectorem.

Candide ſi lector cupias euoluere vates
Ac oratores: ſi quoq; philoſophos
Conſule me. qui ſint: etiam ordine quoq; leg̅edi
Cernes. quos fugies. pluraq; comperies



Koninklijke Bibliotheek te 's Hage

J. F. Vandevelde

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
228 E 3

Liber Baſilij

¶ Leonardi Aretini ad colluciũ ſalutatũ prefati o in magni Baſilij librum incipit feliciter

E Go tibi hunc librum colluci: ex media (vt aiunt) greci
a delegi. vbi eiuſcemodi rerũ magna copia eſt. et infini
ta pene multitudo Nec veritus ſum. ne abs te. vt paꝝ
liberalis ac ſane ingratus accuſarer. ſi ex tãta abũdantia hoc
tam pũ munus ad te mitterem. neqꝫ enim id nũc ago (neqꝫ
ita amẽs ſuꝫ) vt exiſtimem hac tantula re ſummis tuis erga
me bñficijs ſatiſfacere poſſe Sed vt mercatores ſolẽt deguſta
tionẽ aliquam, rerũ venaliũ accipere. quo facilius de illaꝝ em
ptione deliberare queant. ſic ego quuꝫ cuperẽ ꝓ tuis ſingulari
bus meritis. ſummaqꝫ in me beniuolẽtia q̇cq̇d mea opa. labo
re induſtria efficere poſſeꝫ. in te vnũ cõferre. hunc tibi librum
tranſcripſi quaſi deguſtationẽ quandã ſtudioꝝ meorum. que
ſi tibi doctiſſimo homini probata eſſe ſenſero. maiora cũ fidu
cia deinceps aggrediar. tuo grauiſſimo atqꝫ optimo iudicio
cõfirmatus Etiã nõ pũis munuſculis. ſed maioribus tecũ a
gã quanqꝫ id. qđ de muneris paruitate ſupradixi. nõ ad libꝝ
ipſum. ſed ad cõuertendi laborem referri volo Nam etſi liber
per ſe breuis eſt tantum tamen ponderis ei adijcit Baſilij no
men. vt magnus putari debeat auctoritate ſcribẽtis q̃ quidẽ
apud grecos tãta eſt. vt ⁊ ſeueritate vite. ⁊ ſanctimonia morũ
et p̄terea optimarũ artiũ ſtudio. ſacrarumqꝫ litterarum doc
trina ceteris ferme oĩbus exiſtimetur precellere. Sed quum
ſint pmulti atqꝫ incliti libri. q̃s ille accuratiſſime ſcriptos re
liquit. nos in preſencia hunc potiſſimũ delegimꝰ. ꝙ maxime
eũ conducere ad ſtudia noſtra arbitrati ſumꝰ. Atqꝫ eo libẽtiꝰ
id fecimus. ꝙ auctoritate tanti viri ignauiã ac peruerſitatẽ
eorum cupiebamus refringere. qui ſtudia humanitatis vitu
perãt. atqꝫ ab ijs õnino abhorrendũ cenſent Quod dijs cõtin
git fere. q̇ ea tarditate ingenij ſunt. vt nihil altiꝫ neqꝫ egregi
um valeant intueri. q̇ quum ad nullam partem humanitatꝭ
aſpirare ipſi poſſint. nec alios q̇dẽ id debere facere arbitrãtur
Sed hos cũ ſua ignorãtia relinquamus neqꝫ eñi digni ſunt
de q̇bus verba fiant. et iam Baſiliũ ipſum audiamus. in quo
anim aduerte queſo quanta grauitas ſit.

¶ Sequuntur tituli preſentis libelli

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
228 E 3

Liber Baſilij
¶ Tituli huius libelli
¶ Prologus.

¶ Que ad eternam vitam ꝯſequendam ꝯferūt. ea ſola que
renda eſſe. ac in bonis numeranda.
¶ Quantum inter eternam ⁊ preſentem vitam interſit
¶ Primū poetis. oratoribꝫ. aliijſqꝫ ſcriptoribꝫ ꝓbatis. dein
de ꝟo ſacrediſcipline. q̄ ad eternā vitā ducit. opera dē ndā eē
¶ Qua in recōueniāt differātqꝫ theologia ⁊ extranee diſciplīe
¶ Quo pacto accipiende ſint extranee diſcipline. ⁊ primo de
legendis poetis.
¶ Quomodo legendi ſint oratores?
¶ Qua de cauſa poete ſint? hiſtoricique legendi.
¶ Qua de cauſa ⁊ quo pacto phos legere debeamus?
¶ Propter exempla clarorum virorū que a poetis hiſtoricisq
qꝫ referuntur. ipſos non negligendos eſſe.
¶ Ex diſciplinis extraneis. dūtaxat vtilia et ad finem huma
ne vite attingendum conferentia excerpenda eſſe (eternā
¶ Qꝫ nō niſi multꝫ laboribꝫ exercitatōibuſqꝫ. vitā meremur
¶ Quonā mō cibꝫ ⁊ ornamētꝫ erga corpꝰ nos gerēr debeamꝰ
¶ De mentis expiatione ꝑ ꝯtemptum eaꝝ. quas ſenſus no
bis porrigunt voluptatum
¶ Deſpiciendū eſſe corpus. nec multū cure ei impendendū
¶ De cōtemptu corpis. quē conſequit̄ ꝯtemptus diuitiaꝝ
¶ Adulationē oſtentationemqꝫ fugiendam eſſe
¶ Minutatim ⁊ vndequaqꝫ cogendū eſſe. quod ad eternam
vitam conſequendam conducere videatur.
¶ Qꝫ non retardemur ex eo. ꝙ que ad vitam eternam ducūt.
ſunt laborioſa.

¶ Magni Baſilij Ceſaree ciuitatis Archiepi ad nepotes ſuos pulchrū de legendis libris ſecu laribus. opuſculum. titulis. rubricisqꝫ interſtic tum incipit feliciter ¶ Prologus

Multa ſunt filij. que hortant̄ me ad ea vobis ꝯſulenda
que optima eſſe duco. queqꝫ vobis. ſi illa ſeq̄mini. ꝓfu
tura cōfido Quippe ⁊ hmōi etas. ⁊ multaꝝ reꝝ vſus.
et inſup (qđ omnia maxime docet) in vtrāqꝫ ꝑtem mutatōes
ſatis eſſe expertū. humanarū rerū me fecere peritū Itaqꝫ poſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
228 E 3

ſum ijs qui nuꝑ vitā ingreſſi ſunt quaſi viā aliquā. qua tutiſ
ſime ꝓficiſcātur oſtendere Accedit ad hoc ꝙ naturali quidē ne
ceſſitudine me poſt parētes nemo eſt vobis ꝓpinquior. quā ob
rē ego quidē erga vos nec minus beniuolentie habeo. quā ipſi
parentes. vos autē puto (niſi forte me vr̄a fallit opinio) quū
me ītuemī parentū deſiderio haud q̄q̄ȝ moueri. Si igitꝰ que a
me dicentꝰ. ea vos ſuſcipe ac ſequi parati eſtis in ſcđo eritis or
dine laudatoꝝ apud Heſiodū Si minus. ego ſane nihil mo
leſtū dicā Vos aūt meminiſtis carminum illoꝝ. in quibꝫ ille
poeta inquit Optimū illū eſſe qui ꝑ ſeipm̄ que agēda ſunt cō
ſpicaretur. ſequēti aūt gradu qui aliorū conſilia ſequeretꝰ. qui
ꝰo ad neutrū hoꝝ aptus eſſet eū penitus eſſe inutilē. Nec vos
vlla admiratio teneat. ſi q̄tidie ad magiſtros eūtibꝫ vobis ve
terumq; viroꝝ et ingenio et doctrina preſtantiū. per ea q̄ illi
ſcripta reliquere. continuū vſuȝ et familiaritatē habentibus
ego aliq̄d vtiliꝰ ex meipſo inueniſſe ꝓfitear. Equidē hoc ipſuȝ
monituruꝰ venio. nō oportere vos eiuſmodi viris ita mētis vr̄e
gubernacula ꝑmittere vt quecūq; dicant ea ſeq̄mini ſed id dū
taxat qđ vtilitatē afferr ab illis accipiētes. ſcire etiā. ſi ſit opꝰ
contēnere Que igitur ea ſint. et queadmodū diſcernantur. id
iam vobis aperiam. hinc ſumēs initium

❡ Que ad eternā vitā cōſequēdam conferūt ea ſola q̄renda eſſe: ac in bonis numeranda.

Os quidē o filij hāc humanā vitā nihil oīno eſſe arbitra
mur nec bonū quicq̄ȝ eriſtimādū cenſemꝰ neq; appellādū
qđ nobis vtilitatē hucuſq; ſuppeditet. nō itaq; dignitatē. nō
amplitudinem maiorū. non corporis vires. non formā. non
magnitudinē. non a cunctis homībus habitos honores. non
ipſuȝ imperiū. non quicq̄d dici pt̄ in hac vita excellens. ſed lō
gius nr̄e procedūt ſpes. et ad alterius vite preparationē cunc
ta molimur Que igitur ad hāc vitā ꝯferunt. ea nos totis vi
ribus optanda querēdaq; eſſe arbitramur Que vero illuc vſq;
peruenire nequeunt vt nullius momenti deſpicienda.

❡ Quantū inter eternā ⁊ pn̄tē vitā interſit.

Uenā tn̄ iſta ſit vita! et q̄ pacto illa viuatꝰ! id ſane oñdere

plus negocij eſſet. quam nos in pu̅ria ſuſceperim⁹. maiores
etiã auditores. quã ipſi nunc eſtis. ad ꝑcipiendũ req̄rit Hoc
ſolũ quũ dixero. ſatis abunde vobis dixiſſe putabo Si q̄s oe̅m
poſt creatos homines foelicitatẽ mente cõcipiat. ſimulqꝫ in v
num ꝯgerat vniuerſam. ne paruã quidẽ ꝑtem illoꝝ bonorum
adequare ꝯperiet Sed ab mi̅mo illius vite bono. oĩa huma/
na ſil' collecta magis abeſſe. quã vmbram et ſomniũ a veris
rebꝫ Immo vero (vt ꝓpiori vtar ſil'itudine) quãto in om̅i re p̄
cioſior eſt anima q̄ꝫ corpus. tanta vtriuſqꝫ vite differentia eſt.

¶ Primũ poetis. oratoribus alijs ꝙ ſcriptoribus probatis. Deinde vero ſacre diſcipline que ad e ternam vitam ducit. operã dandam eſſe

D hãc porro vitã ſacri ducũt ſermones ꝑ occulta nos eru
dientes Donec tñ ꝓfundũ illoꝝ ſenſuꝫ. per etatẽ nobis
ꝑcipere poſſe non licet. in alijs non oĩno diuerſis. q̄ſi vmbris
q̄buſdã ſpeculiſqꝫ. oculos mentis exercere debemus. eos imi/
tantes q̄ ad certamẽ ſe ꝯparant. q̄ et ſaltu ꝛ motu manuũ in
ludo exercitati. callidius deinceps in certamẽ deſcendũt. ꝛ no
bis ꝓfecto certamẽ quoddã incũbere putãdũ eſt. ꝛ quidẽ oĩm
certaminũ maximũ. cuius grã cũcta tentanda ſunt et totis
viribꝫ incũbendũ ad huiuſce rei p̄parationẽ. ꝛ poetꝫ et orato/
ribꝫ ꝛ ſcriptoribꝫ ceteris. oĩbꝫ deniqꝫ hoibꝫ inherẽdũ. vñ nobis
ad ingenij exercitationẽ aliqua ſit aſſecutura vtilitas Velut
igit' ij qui tingũt quũ p̄mo quibuſdã modis id qd' colorẽ recep
turũ ſit p̄pararũt. tandẽ poſtea florẽ ſuꝑ inducũt. ſiue purpu/
reũ. ſiue quẽuis aliũ Eodẽ nos itidẽ mõ (ſi vt indelebilis ſit a
pud nos probitatis ſentẽtia cupimus) quũ ijs extrancis diſ/
ciplinis fuerimus imbuti. tum ſacris ꝛ occultis operam dabi/

mus. et quaſi ſolem in aqua prius videre aſſuefacti. ad ipſam lucem dirigemus intuitum.

¶ Qua in re conueniãt differantq; Theologia et extranee diſcipline.

I qua igit̃ ꝯueniẽtia vtriuſq; ſit. perutilis nob erit talis cognitio. ſi aũt nulla ſit. ea tñ adinuicẽ ꝯferre. ⁊ in q̃ differant internoſcere. nõ parũ nobis fruct⁹ p̃bebit ad potioris vite ꝯfirmationẽ. Sʒ q̃ ſimilitudine vtemur ad hãc rẽ oñdendã. Nẽpe vt plãte ꝓpria virt⁹ eſt fructũ ꝓducere. afferũt tñ aliquẽ ornatũ ⁊ frondes ipſe circa ramos diffuſe. Ita ꝑfecto. ⁊ aīe q̃dẽ precipu⁹ fruct⁹ eſt veritas. nõ inamenũ tñ eſt hac extranea circũdari ſapiã. que tanq; frõdes quedã. ⁊ fructui tegmẽ p̃beat. et ſpẽm intuẽtib⁹ letiorẽ oñdat. Hoc feciſſe aiunt moyſen illũ ſumma prudẽtia virũ. cui⁹ apud oẽs gentes maximũ ẽ in ſapiẽtia nomẽ. qui non prius ad dei ꝯtẽplationẽ acceſſit. q̃ʒ in egyptioꝝ diſciplinis mentẽ exercuiſſet. Hec eadẽ ferũt de Daniele ſapiẽti. q̃ cũ apud babylonios chaldeoꝝ ſapiam ībibiſſet poſtea rerũ diuinarũ attigiſſe doctrinã fertur

¶ Quo pacto accipiende ſint extranee diſcipline: et primo de legendis poetis

Ed iam ſatis abũde demõſtratũ eſt. nõ inutilẽ eſſe mentibꝫ noſtris hãc extraneã ſcientiã. Nunc vero q̃ pacto illa nobis accipiẽda ſit dicendũ videt̃. Primo igitur vt a poetis incipiã. cũ illi varij multiformeſq; ſint. nõ oĩbus q̃ ab ipſis dicunt̃ adhibẽda eſt mẽs. ſed cũ excellentiũ viroꝝ dicta aut facta ꝯmemorẽt. tũc tota mẽte moueri atq; inflãmari debem⁹. maximeq; conari vt tales ipſi ſim⁹. q̃les illi fuere. quũ vero in impꝛoboꝝ hoĩm mẽtionẽ incidũt. fugiẽda eſt illoꝝ imitatio. aureſq; claudende. nõ ſec⁹ atq; ipſi ferũt Vlyſſem ad ſirenũ cant⁹. p̃/ue eñi ꝯfabulatõis via q̃dã ſunt ad facinora. Quã obrẽ oĩ diligentia curandũ eſt. ne inter illã quã plerũq; ſermones hñt ſe

ſtultitatē. latēter admittam⁹ aliq̄d mali vt hi q̄ venena melle
ꝑmixta abſorbent Nō igit̃ laudabim⁹ poetas. neq̃ cū iurgia
referūt. neq̃ cū ſcurras aut amantes. aut ebrios. aut dicaces
imitant̃. neq̃ cū diuite menſa cātuq̃ diſſoluto foelicitatē de
finiūt. minime vo quū de dijs aliq̄d dicūt. ⁊ maxīe quū de illis
ita narrāt. q̄ſi plures ſint atq̃ diſcordes Nā apud eos. ⁊ frat
in frēm ꝯiurat. ⁊ parentes filijs. ⁊ filij parentib⁹ inferūt bel-
la. deoꝝ vo adulteria atq̃ amores ⁊ ſceleſtos cōcubit⁹ et eos
maxīe ſummi ac p̄ncipis oīm (vt illi aſſerūt). Jouis. q̄ ne de
pecudib⁹ quidē ſine rubore q̄s diceret. hijs relinq̄mus q̄ in ſcena
verſantur Hec eadem dicenda ſunt de ceteris ſcriptoribus.
et tunc maxime quum ad voluptatem loquuntur

¶ Quō legendi ſint oratores.

Ed nec oratoꝝ artē in mentiēdo imitabimur. neq̃ eñ in
iudicio neq̃ vſquā alibi. mētiri nos decꝫ. q̄ rectū ac verū
iter vite elegim⁹. quib⁹ interdicta ſt mendatia legis ꝑcepto
Sꝫ tūc maxīe oratores amplectemur. quū aut vtutē extollūt
aut vitia effulmināt Ut eñ ex florib⁹ ceteri q̄dem nihil ſumūt
p̄ter odorē atq̃ colorem. apes vo ⁊ mella inde ſciūt excerpere.
ita qui nō ſolū verboꝝ feſtiuitatem ſequunt̃. fructū aliquē pci
pere pñt Sꝫ qm̄ in apū mentionē incidimus. pſeq̄mur hanc
ſilitudinē Jlle eñ nec oīs parit̃ flores adeūt. nec ſi q̄s adeunt
eos totos abſumūt. ſed eo ſolo ablato. qd operi ſuo aptum ſit
reliquum omne valere ſinūt. Et nos quoq̃ (ſi ſapimus) quū
id exceperimus qd veritati amicū ꝯſentaneūq̃ ſit. cetera oīa
trāſgrediemur Et velut in roſis legendis ſentes vitam⁹. ita
quantū vtiliter ſcriptū eſt accipientes. reliqua que nocere pñt
declinabimus. Principio igitur diſciplinarum quamlibet ꝯ
ſiderare oportet et ad finem dirigere. lapides ad filium dori
co prouerbio redigentes

Qua de cauſa poete ſint hiſtoriciq̃ legendi

T qm̄ ad hāc noſtrā vitā ꝑ vtutē aſcendit̄. vtus aūt ipſa multū a poetis. multū ab hiſtoricis. multo etiā magis a philoſophis laudat̄ eoꝝ vbis maxie eſt inherendū. neq̃ eni parū vtilitatis hꝫ cōſuetudo quedā ⁊ familiaritas virtutum mentib iuuenū animiſq̃ infu a. quū maxie inherere ſoleant et pene indelebilia eſſe. q̄ in tenera etate diſcunt̄. ꝓpter aīoꝝ mollicíem profunde inuſta Et quid aliud Heſiodum voluiſſe putandum eſt. quum illa ſcripſit carmina que vni uerſi decantāt? Aſpera inquit primo et pene inuia et ſudoris cōtinui ⁊ laborum plena eſt via. que ad virtutē ducit. quāobrem nec cuiuſuis eſt ꝓpter arduitatem illam capeſſere. nec capeſſenti facile ad cacumen euadere Sed vbi id ſuperaueris. ex eius faſtigio videre licet. vt via illa leuis ſit et pulchra vtq̃ expedita et facilis et longe iocūdior. q̄ȝ altera que ad vitia ducit. quā vniuerſam ſimul arripi poſſe ipſe idem poeta teſtat̄ Mihi quidē videt̄ nihil ob aliud. q̄ȝ vt nos ad virtutem ꝓbitatēq̃ adhortaretur iſta dixiſſe. ne laborib victi ante finem deſiſteremus Sed ſi quis ali⁹ ſilr̄ virtutem laudarit. eius ſmones promtiſſime recipiemus. Ego aūt e quodam viro qui ad inueſtigādas poetaꝝ mentes acutiſſim⁹ habetur audiui quū diceret totam. Homeri poeſim laudē eſſe virtutis. oīaq̃ illius poete huc tendere. niſi q̇d interdū incidens ſit. verum in eo loco vel maxime id patere. quū finxit cephalanoꝝ ducē naufragio eiectū tam ſpectabilē fuiſſe. vt illos quib ⁊ ſolus ⁊ nud⁹ apparuit verecūdia aliq̄ auertere. qn̄quidem ꝑ veſtib virtute illū dixit ornatū. vt primū regina reuerita ſit eū deinde reliq̄ pheacū multitudo tāti putauit. vt relict epul q̇b comeſabant̄ vnū illū cūcti intuerent̄. nullū q̃ eoꝝ eſſe qui eo tp̱e magis quicq̄ȝ ab dijs optaret. q̄ȝ Vlyſſen fieri quanq̄ȝ et nudū ⁊ naufragum

Solebat ille poetaꝝ interpres hoc in loco clara voce clāmare
O hoīes ſit vobꝫ cura ꝟtutꝭ q̄ ⁊ cū naufrago ſimul enatat. ⁊ in
littore nudū eiectū fortunatis pheacibꝫ venerabiliorē oſtēdit.
Et ꝑfecta ita res eſt. cetera oīa nō magis poſſidentiū ſtꝫ quā
cuiuſqꝫ. vt in talari ludo huc illucqꝫ trāſeūtia Sola ꝟtus ⁊ vi
uenti et mortuo ſtabilis eſt ⁊ firma poſſeſſio Qua rōne motus
mihi videtur Solon cū inq̄t ad diuites At nos non ꝯmutabi
mꝰ cū virtute diuitias. q̄m ꝟtus firma eſt. diuitias ꝟo alias
alius poſſidet Silia his ſtꝫ et a. Theognide dicta q̇ inq̄t. deū
(quēcunqꝫ tandē is ſenſerit) varie hominibꝫ talentū appēdere
alio eīn tp̄e diuitias affluere. alio nihil poſſidere ¶ Hec eadē
a Prodico ſophiſta quodā in loco ſuorū libroꝝ de ꝟtute ac vi
tijs ſapientiſſime ſcripta ſtꝫ. cui quidē p̄ſtādē ſtꝫ aures. neqꝫ
eīn ſpernēdus eſt ille vir Is ꝟo ita inq̄t q̄ntū ego memini (nā
eiꝰ ꝟba nō teneo niſi ꝙ ſine metro ſic ait) Hercule cū is ado
leſcens eſſet veſtre ferme etatꝫ. diu ſecū multūqꝫ dubitaſſe vtrā
viā caperet: quum duas videret. vnam voluptatis. alteram
virtutis Inter ambigēdū aūt duas acceſſiſſe matronas. has
vero eſſe ⁊ virtutē ⁊ maliciam ſtatim quidē igitur etſi ille ſile
rent manifeſtam fuiſſe diuerſitatem illarum. videri eīn alte-
ram accuratiſſime ornatā. fluentē delicijs. et oīm voluptatū
examē poſt ſe trahentē. Hec itaqꝫ oīa oſtētantē et multo etiā
plura pollicentē ſecū trahere. Herculē tētauiſſe. Alterā vero
aſperam et durā ſeuereqꝫ intuentē talia econtra dixiſſe Polli
ceri ſe nec voluptatem aliquā. nec quietē. ſed labores. ꝑicula
ſudoreſqꝫ infinitos terra mariqꝫ tollerandos. premium autē
illorum fore (vt ille aiebat) deum fieri. et hanc demū. Hercu
lem ſecutum fuiſſe.

¶ Qua de cauſa et quo pacto philoſophos legere debeamus

T fere oẽs q̄ mõ aliq̄d in phīa ſcripſere. vt quiſqꝫ maxi-
me potuit. virtutē laudarūt quibꝫ ſane credendū eſt. co-
nandūqꝫ vt in vita noſtra id oſtēdamꝰ Nā q̄ſquis ea. q̄ alij ꝟ-
bis dūtaxat philoſophant. rebꝫ ipſis affirmat. is vere ſapit.
ceteri velut vmbre volitant Nec ſecus ea res ſehꝫ. quam ſi pic
tor egregiam viri formam imitatꝰ ſit. hic aūt reuera talis ex
iſtat qualē ille in tabula expreſſerit Qui em̄ virtutem in cetu
hoīm laudant. ampliſſimiſqꝫ ꝟbis extollūt. ipſi ꝟo ⁊ libidinē
tēperantie. ⁊ queſtū iuſticie an̄ponunt. hi mea ſnīa nihil diffe
runt ab hiſtrionibꝫ. q̄ cum poemata in ſcena agunt ſepe vt re
ges ł vt potētes ꝓdeunt. quū neqꝫ reges ſint. neqꝫ potētes
neqꝫ aīo forſitan liberi Atq̄ muſicus quidē. ſi id vllo mõ vita
re p̄t. nunq̄ꝫ patitur liraꝫ ſibi diſſonare. neqꝫ chori p̄nceps in-
cōcinnū ſibi choꝝ habere Ipſe vero quiſpiam ſecū diſſidebit.
neqꝫ vitā cōſentaneā ꝟbis p̄ſtabit Sed Eurypede auctore lin
guā quidē iuraſſe dicet. mentē vero iniuratā māſiſſe. et bonū
videri. quā eſſe magis cupiet At hic eſt vltimus iniurie termi
nus. ſi q̄d credere oportet Platoni. bonū videri quū non ſis.

Propter exempla claroꝝ viroꝝ. q̄ a poetꝫ hiſto ricisqꝫ referuntur ipſos nō negligendos eſſe

A igitur q̄ de virtute ſcripta ſunt. ita vt dcm̄ eſt accipien
da cenſeo Quum aūt p̄clara facta maioꝝ. aut memorie
ſucceſſione. aut poetarū ł hiſtoricoꝝ libris vſqꝫ ad noſtrā eta
tē ꝯſeruata ſtꝫ. nec huius q̄dem generis vtilitatē negligemꝰ.
vt ecce Pericles athenienſis. quū eum quidā ex fori hoībꝫ ꝓ-
bris laceſſeret. nihil eſt irritatꝰ. neqꝫ aīo ꝯmotꝰ. ſed ꝑ vniu-
ſum diem pſeueratum eſt. cū ille nullo maledicto abſtineret.
hic vero tanq̄ꝫ ea res nihil ad ſe ꝑtineret ꝯtēneret Veſpere aūt
iā facto et tenebris exortis quū iurgator ille vir eo tēpore ab-
ire vellet Pericles famulo cū lumine accito ꝓſecutus eſt ipm

vt ſibi quã longa eſſet ad phiam exercitatio Itẽ q̄n̄ q̄dã irat⁹
Euclidi megarẽſi necẽ minaret̄ . idq̄ȝ ſe facturũ iuramento fir
maret Euclides cõtra iurauit . ſe ꝑfecto illũ placaturũ . effec
turũq̄ȝ . ne ſibi infenſus foret Quã opeꝓciũ eſt aliqđ huiuſce
modi exẽplũ ſuccurrere mẽtib⁹ hoĩm iã ira eferueſcentiũ Tra
gedie eñ nequaq̄ȝ eſt credendũ dicẽti . in inimicos armabit ira
manus . ſȝ potiſſimũ eſſet nullo mõ iraſci Sin id fieri nõ p̄t .
at rõnis freno moderandũ ẽ . nec ꝑmittẽdũ lõgius efferri Sȝ
reducam⁹ orõem noſtrã ad claroꝝ viroꝝ exẽplũ ¶ Pulſauit
q̄ſpiã Socratẽ Sophronici filiũ faciẽ ei⁹ petulãtiſſime cedẽs
ſocrates ꝟo nõ expugnauit . ſȝ illi⁹ ire ac petulãtie ſe ꝑmiſit .
donec vult⁹ ei vndiq̄ȝ tuber fieret Vexꝝ ubi ira illi⁹ ſaciata eſt .
Socrates q̄dẽ nihil aliud egit . niſi q̄ frõti ſue inſcripſit ꝑcuſ
ſoris nomẽ quẽadmodũ ſtatuis fieri ſolet . ille inq̄t h op⁹ effe
cit . nec vlteri⁹ vlciſci ꝓrexit ¶ Hec q̄ nr̄is ſil'ia ſīt . ꝓdigna eẽ
imitatõe duco . h eñ ſocraticũ . illi nr̄o ꝯuenit . qđ monet vt
ꝑcutiẽti maxillã vnã . alterã porrigamus . tñ abeſt vt vlciſca
mur Id aũt Periclis Euclidis ſil'e eſt illi q̄ monemur ꝑſequẽ
tes expectare . ⁊ benigne iras illoꝝ tolerare . ⁊ inimicis bona
p̄cari . nõ aũt maledicere . nã q̄ in illis erit p̄eerudit⁹ . is poſte
a p̄ceptis nr̄is adq̄eſcet . nec q̄ſi ĩpoſſibilia ſint . aſpernabitur .
Haud ſane p̄tereundũ eſt Alexandri regis memorabile factũ
qui cũ darij filias in captiuis haberet mirum in modũ (vt ab
oĩb⁹ p̄dicabat̄ (formoſas . ne videre quidẽ voluit . turpe eſſe ra
tus eos . q̄ viros viciſſent . a mulierib⁹ ſuꝑari Hoc illi nr̄o ꝯue
nit . q̄ aſpiciens mulierẽ ad voluptatẽ et ſi rem nõ ꝯſumet . tñ
q̄ȝ ad id ꝯcupiuit in corde ſuo . crimine nõ caret Illud aũt Cli
nie Pytagore familiaris difficile eſt credere . non dedita opa .
ſed fortuito nr̄is ꝯuenire . qui cũ poſſet triũ talentoꝝ dãnũ iu
reiurando ſibi delato effugere . ſoluere quidẽ maluit . quã iura

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
228 E 3

re. quã q̃z ſine piurio id facere liceret Audiuerat ille (vt mihi vi
detur) preceptum domini iuramenta vetantis

Ex diſciplinis extraneis dũtaxat vtilia ⁊ ad finẽ hũane vite attingendũ pferẽtia excerpẽda eſſe

Ed redeo ad id qd̃ in pncipio dicebã. nõ oĩa nob recipiẽda
ſt. ſed tm̃ vtilia Etem̃ cũ eos cibos. q̇ obeſſe pñt corpori
diligent vitem⁹. abſurdũ eſt diſciplinaꝝ. q̇bꝫ animus alitur
rõem nullã habere. ſed tanq̃z torrẽs aliq̇s q̄cunq̃z ſors obtule
rit ſine defectu ĩmergere. Et quũ gubernator nõ temere nauĩ
ventis pmittat. ſed ad portũ dirigat. ⁊ ſagittari⁹ ad ſignũ. ⁊
faber ⁊ architect⁹ finẽ aliquẽ ſue artis reſpiciat. nos ab hmõi o
pificibꝫ in cognoſcẽdis rebꝫ nr̃is ſupari Neq̃z em̃ manualium
operũ finis aliq̇s eſt. vite aũt hũane finis eſt aliq̇s. quẽ intue
ant hi q̄ bñ viuere q̇runt. q̄ ſi nulla rõne huc atq̃z illuc in vita
iactaremur. q̇d inter nos atq̃z rates gubernaculis carẽtes int
eſſet Neq̃ꝫ vt muſicis gymniciſq̃z certaminibꝫ eorundẽ ſt̃ exer
citationis. quoꝝ ⁊ premia. nec vllus quũ ſe paleſtra aut pan/
cratio exercuiſſet. lire deĩde aut tibia certat Neq̃z em̃ Polyda
mas id agebat nec Milo. ſed alter ante olympicũ certamen
currus ſiſtebat currẽtes Milo vero in clipeo vncto ſtabat nec
depelli ab eo vlla vi poterat. reſiſtebat nõ ſecus ac ſtatua quei
dã plũbo affixa Q̃ ſi Marſie aut olympĳ muſicã eẽnt medita
ti. relicto puluere atq̃z gymnaſio. ſero coronas aut gloriã aſſe
cuti eſſent. aut effugiſſent ne corpa ſua deriſui haberent. Sed
nec Thimotheus relicta muiſca ſua in luctaminibꝫ verſabat
Neq̃z em̃ aſſecut⁹ fuiſſet vt cũctis muſicis lõge antecelleret.
cui tm̃ ſuperaret art̃ vt q̇tiens libuiſſet. animos hoĩm ⁊ vehe
menti armonia accenderet. ⁊ rurſus molli ac placida lenire ⁊
Quippe quũ aliquãdo in Alexãdri cõuiuio cũ cantũ quẽ phry/
giũ appellãt modularet. vſq̃z adeo regẽ excitaſſe dr. vt ad ar/

ma capiēda ꝓſiliret. atqꝫ iterū ad comeſſatores epulaſqꝫ redux
iſſe modulatione mutata. tātas vires habet in muſicis gym
nicisqꝫ certaminibꝫ ad finem ſuū directa exercitatio

¶ Q̄ non. niſi multis laboribus exercitatio nibuſqꝫ. vitam meremur eternam

Ed quoniā in coronaꝝ atqꝫ pugilū exēpla incidim⁹ pro
ſeq̄mur aliquātiſper in ea re Porro illi quadā incredibili
laboꝝ tolerātia vires adepti. cū infinitis ſudoribꝫ i gymnaſiis
manarint. innumeriſqꝫ plagas in exercitatione tulerant vic/
tum aūt nō voluptariū. neqꝫ iucundū. ſed quē magiſter ludi
preſcripſerit victitarit. ꝛ in ceteris oīmibus (ne orationē ꝓtra
hā) ita inſtituti. vt vita ante certamen acta meditatio fuerit
certamīs. tandē ſe nudāt in ſtadio. ꝛ ſummo labore ac pericu
lo decertāt vt oleaſtri aut apij aut eiuſmodi corona donentur
victoreſqꝫ a p̄cone buccinent᷑ Nos vero quibꝫ p̄mia vite nr̄e a
deo mirabilis ꝓpoſita ſunt. vt nec magnitudo eoꝝ dici poſſit.
nec multitudo numerari. in vtrāqꝫ aurē ſecuri dormiētes. al/
tera manu capere poſſe credem⁹. ꝑmulti ſane eſſet inertia. et
Sardanapalus ille p̄mas oīm partes in beatitudine ferret.
vel margites forte. quē neqꝫ aratorē. neqꝫ foſſorē. neqꝫ cuiuſqꝫ
rei actorē fuiſſe Homerus ait Si vtiqꝫ Homero credendū eſt
potiuſquā Pyttaco. qui inq̄t. arduū eſſe bonū exiſtere. multis
eñ laboribꝫ ſuſceptis vix eoꝝ bonoꝝ cōpotē fieri contingit. q̄
rū nihil in hac vita eſſe ſimile paulo ante dicebam⁹ Non igit᷑
deſidendū eſt nobis. nec ꝓ breui voluptate maxime ſpes abijci
ende. niſi velimus cōuitia pati ꝛ poenas ſubire. nō hic apud
hoīes (quanq̄ꝫ ne hoc quidē paruū recte ſentiēti) ſꝫ aut ſubter
ra aut vbicūqꝫ ſint illa iudicia nā qui nō ex volūtate delinq̄t
is forte aliqua dignabit᷑ venia. qui aūt ex ꝓpoſito peiora eligit
nullā habet excuſationē quin multiplici poena afficiat᷑

¶ Quonam modo cibis et ornamētis erga corpus nos gerere debeamus.

Quid igit̄ faciendū eſt dicet quiſpiā? q̄d aliudq̄ȝ curā ani-
me habendū. ceteris oībus p nihilo habitiſ. Nō ergo cor-
pori ſeruiēdū niſi quātū ſumma coget neceſſitas. ſȝ aīa bonis
artibꝫ imbuēda. ⁊ ex corpoꝝ vinculis ac paſſionū ſocietate per
philoſophiā eximēda Illud p̄terea efficiendū eſt. vt corpꝰ labo-
rū patiētiſſimū ſit. ventri aūt nō ad voluptatē. ſed ad ſuſtēta-
tionē porrigendū Naȝ q̄ ſemꝑ cenas atq̄ȝ coquos mēte agitāt
epularū ꝓ gratia t̄ras mariaq̄ȝ ꝑſcrutāt̄. miſerabili admodū
ſeruiture p̄munt̄. ⁊ grauiſſimo dn̄o tributa pendūt. nihil le-
nius patiētes quā ij q̄ apud inferos poenas dāt. virga ignem
diuidētes. ⁊ cribro aquā ferētes. ⁊ ꝑforatum vas implere anhe-
lātes nullū finē laboꝝ habētes Tonderi aūt aut amiciri vltra
quā neceſſitas ſit aut miſeroꝝ eſt ſm̄ Diogenē. aut iniurioꝝ
Itaq̄ȝ occupatū eē in corporiſ ornatu. nō minꝰ turpe dicēdum
arbitror. quā aut pelicē eſſe aut adulterū Quid em̄ refert homi-
ni gnauo xiſtide amiciatur. an vili aliqua veſte? dūmodo cor-
pus ab intēperie tutetur Quod et in ceteris obſeruandū eſt ne
q̄d ſuꝑuacuo moliamur. nec plus corpori tribuamus q̄ȝ aīe
cōmodū ſit. Neq̄ȝ em̄ minus turpe eſt viro qui vere hoc cogno-
mine dignus exiſtat. nimiā curā corporiſ habere quē ad aliam
quāuis poſſionem effeminatū eſſe. Omne porro ſtudiū pone-
re vt corpori quā optime ſit. hominis eſt ſeipſum ignorantis.
nec intelligentis ſapiens illud q̄ non id q̄d cernitur eſt homo.
ſed opus eſt maiori ſapiētia. vt quiſq̄ȝ noſtrū quid tandē ipſe
ſit poſſit agnoſcere.

¶ De mentis expiatione per contēptū earum quas ſenſus nobis porrigūt voluptatum.

Erūm enimuero id aſſequi nō expiata ꝑus mēte. impoſſi
bilius eſt. quā lippis oculis ſolē ꝓſpicere Expiatio autem
aīe fit (vt breuit̄ ſimul ꝛ abūde vobis dicā) ꝑ contēptū earū.
quas nobis ſenſus porrigūt voluptatū Nō igit̄ oculi paſcen
di ſunt ab ſurdis ſpectaculoꝝ miraculis. non aſpectu corporū
voluptatis ſtimulos relinquentiū nō ꝑ aures ſonus infūden
dus. q̄ aīam corrūpere poſſit Nā et neq̄tia ꝛ ignauia ex huiuſ
modi muſica gigni ſolet. ſed ea muſica recepiēda ē. q̄ vſus Da
uid poeta ſacroꝝ carminū regē (vt ferunt) ab inſania libera
uit ¶ Pitagoras etiā quū iuuenib9 quibuſdā vino ſertis ſal
tuq3 ꝑ ciuitatē laſciuientib9 obuiaret. dixiſſe dicit̄ ei q̄ modos
tibi faciebat. vt mutata armonia doricū ꝓſonaret. qđ vbi fac
tū eſt. bacchantes illos a deo reſipuiſſe ferūt vt ſerta abijcerēt
et rubore vult9 verecundiā ꝯfeſſi domū abirent. Tantū inter
eſt corrupta an ſalubri muſica impleare Quā obrē ab hac qui
dem muſica que nunc in vſu eſt nō ſecus abhorrendū vobis cē
ſeo. quam a quauis feditate Jam vero eos vapores qui odo
ratū delectent. aeri miſcere. aut vnguentis perungi. etiam in
terdicere vobis erubeſco. Quid dicendum de his voluptatib9
que guſtu aut tactu fiunt? non dubitandum. quin ille quoq3 e
iuſmodi ſint. vt niſi quis caueat. vētri ac ſomno ſeruire nos
veluti pecora conpellant.

¶ Deſpiciendum eſſe corpus. nec multum cure ei impendendum.

Eniq3 (vt ſummatim dicam) vniuerſum corpus deſpici
endum eſt. niſi in luto voluptatum velimus ſummergi
aut certe tantum indulgendū vt philoſophie (vt inquit Pla
to) miniſterium preſtare poſſit Eadē ferme Platoni ꝛ paul9
monet̄ dum ait nō oportere nos prouidētiā aliq̄3 corporis ha
bere ad voluptates Nā ij q̄ corpus optime curant animā vero

q̄ſt eaīs ſeruitio vti debet. negligūt nihil ab ijs differūt. q̄ vt
organa quā optīa habeāt ſummo ſtudio conquirūt. artē vero
cuius gratia illa organa ſtꝫ cōparata. deſpiciūt Proꝛſus igit
ſeruandū eſt Nā caſtigare coꝛpus. ꝛ cōpeſcere eius impet⁹ vt
īmanē quandā beluā opoꝛtet. ꝛ eiuſdē aduerſus animā reme
rarios mot⁹ rōnis habena cohibere atqȝ ſedare. nō autē frena
voluptatū remittere. ꝛ anime curā abijcere. ꝛinſtar aurige vi
olētia eq̄rum tracti deferri. ſed Pithagoꝛe meminiſſe. q̄ quū
intelligeret quidā ex familiaribꝫ ſuis cibi exercitatiōibꝫ vt pī
guis fieret curare hic inq̄t non ceſſat moleſtiorē ſibi carcerē in
ſtruere Quō gen⁹ moleſtie quū ſuſpicaret Plato coꝛpori ſuo im
pēdere. academiā inſalubrē attice locū ferūt ex induſtria dele
giſſe. vt plus q̄ꝫ bona habitudo coꝛpoꝝ (ceu vitis nimia luxuri
es) ob eā rē amputaret Ipē quoq̄ ziā audiui ex medicꝭ ſummā
coꝛporis valitudinē periculoſaȝ eſſe Quū igit hec nimia indul
gentia ꝛ ipſi coꝛpori inutilis ſit. ꝛ anime impedimentū affe
rat. in ea re ſtudiū ponere manifeſtiſſima eſt inſania

De cōtēptu coꝛpis. quē ꝯſequit ꝯtēpt⁹ diuitiaꝝ.

Quod ſi coꝛpus ꝯtēnere aſſuefacti eſſem⁹. parū cetera hu
ius vite admiraremur. q̄d opus eſſꝫ diuitijs. ſi volupta
tes coꝛpoꝛis aſpnaremur. equidē nō video niſi foꝛte quē iuua
ret (vt in fabulis de draconibꝫ fertur) recōditos theſauros vi
gilādo cuſtodire. Qui aūt ad hec contēnenda ingenue erudit⁹
eſſet plurimū ab omni facinoꝛe ꝛ v̄bo ꝛ ope abhoꝛreret. ꝛ q̄c
quid vltra ſufficientiā foꝛet. ſiue id lydia gleba eſſet. ſiue foꝛ
nicaꝝ auriferarū opus. tāto magis deſpiceret. quāto minus
indigeret Sufficiētia aūt non ipſa libidine voluptatū. ſꝫ na
ture neceſſitate definiēda eſt. nā qui excedūt neceſſitatꝭ termi
nos. ſimiles ſunt ijs qui p̄cipites deferunt nihil ſtabile inue
nientes. vbi poſſint cōſiſtere. nullū terminū precipitationis

habētes. ſed quāto plura amplectunt̄ tantidē aut etiā pluris indigēt ad voluptates implendas Diuitiaꝝ eīm (vt ait Solon) nullus eſt termin⁹ Uerū ad eam rē Theognide magiſtro vtendū eſt. qui ita inq̄t Neq; diuitias cupio. neq; voto precor ſed mihi cōtingat ex paruo vitā agere oī carētē moleſtia Porro nō ſine beniuolētia q̄dam mihi in mentē venit dictū Diogenis humana oīa ſimul contēnent, qui magno rege ditiorem ſe p̄dicabat. q̄a videlicet paucoꝝ indigeret At nobis niſi Pythie Miſij adſint talēta. ⁊ infinita ſoli iugera. ⁊ numeroſa armētoꝝ examina. nihil ſat erit Oportet aūt (vt ego quidē arbitror) nec abſentes diuitias optare. nec p̄ſentibꝫ gloriari niſi quantū ſcias vti Sapiēter eīm Socrates. q̄ quū videret hominē diuitijs affluentē. eaq; de cauſa ſtudio quodā gloriabundū vadere. nō p̄us inq̄t te admirabor q̄ notū mihi fuerit quo pacto ſcias vti fortunis tuis An vero Phidias Polycletuſq; ſi auro aut ebore gloriati eſſent. ex quibꝫ alter illienſibꝫ Iouem alter iunonē effinxit argiuis. ridiculi haberētur aliena bona ſibi glorie fore putātes. ꝓpriam vero artē qua illud aurū p̄cioſius factū eſt. ſilentio pretereuntes Nos aūt humanā virtutē non ſatis decoris ipſam per ſe habere arbitrantes. minori rep̄henſione dignos eſſe putabimus

¶ Adulationē oſtētationēq; fugiendā eſſe

T diuitias q̄dē ꝯtēnemus ⁊ voluptates deſpiciem⁹ veꝝ blādicias ⁊ adulatiōes ſectabimur. ⁊ archilochee vulpis calliditate multiplicitateq; gaudebim⁹ At nihil eſt qđ eque fugere debeat ſapiēs. q̄ ad oſtentationē viuere. ⁊ populares aures ſeq̄ Oportet aūt verā rōem vſq; adeo ducē viuēdi habere vt etiā ſi oēs hoīes reclamēt. nihil mutet̄ eoꝝ que recte inſtituerat. etiā ſi infamiā vel pericula ſubire ꝓ recte factis neceſſe ſit. Nam qui aliter inſtitutus eſt. is nihil differre videt̄ ab

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
228 E 3

egyptio ſophiſta. qui et arboꝛ fiebat ꝛ aqua ꝛ fera ꝛ quicquid liberet Si quidē ipſe quoqꝫ modo laudabit iuſticiam. ſi id placere audientibꝫ intelliget. modo eam vituperabit. ſi ijs apud quos loquitur iniurias eſſe gratas cognoſcet. et (qđ ꝓprium aſſentatoꝝ eſt) vt Polypus ad ſpeciem ſubiecti ſoli colorē mutat. ita ꝛ ipſe ad voluntatē audientiū ſententiam mutabit.

¶ Minutatim ꝛ vndequaqꝫ cogendū eſſe. qđ ad eternā vitam cōſequendā conducere videatur.

Ad hec in noſtris libꝛis addiſcemus ꝑfectius. in p̄ſentia vero vmbrā aliquā virtutꝫ deſcripſimus ex his extraneis doctrinis. Qui enim diligenter e quauis recogūt vtilitatem etſi minutatim id agāt. tamen vt magna flumīa. multa ex multis locis accipiunt incrementa Naꝫ id qđ inquit poeta. ſi parū paruo addas idqꝫ frequēter facias. non ad pecunie duntaxat augmentū recte dictū fuiſſe putandū eſt ſed ad cuiuſuis ſcientie ¶ Bias quidē igitur vnus e ſeptē ſapiētibꝫ filio ſuo ad egyptios pꝛoficiſcēti. rogātiqꝫ patrē qđ nā agendo maxi/me ſibi gratū faceret. ſi viaticū inquit ad ſenectutē cōpares. virtutē nimirū pꝛo viatico intelligens. ſed arctioꝛibꝫ terminiſ illā circūſcribens. vtpote q̄ eius vtilitatē humane vite ſpacio diffiniūt Ego aūt ſiue quis Titoni ſenectutē ſiue viuaciſſimi apud noſtros Mathuſalē qui mille ānos minus triginta dicit vixiſſe. ſi deniqꝫ vniuerſum tēpus ex q̄ fuerūt hoīes metiatur ridebo puerilē eius ſententiā. contēplans longū ꝛ inſeneſcibile ſeculū. qđ quidē tale eſt. vt quē admodū immoꝛtalis a/nime ita etiā illiꝰ ſeculi nullū finē mēs humana poſſit cōcipere. Ad qđ vt viaticū paremus. omnis lapis (vt dicūt) mouendus eſt. vnde aliqua vtilitas ad eam rem ſit nobis futura

¶ Quod non retardemur ex eo qꝛ que ad vitam eternam dicunt. ſunt laboꝛioſa

On igitu q2 ardua ſunt hec et laborioſa. idcirco torpeſca-
mus ſed memores illius ſentētie. oportere videlicet vnū
quemqz vitam probatiſſimā eligere. expectare aūt vt cōſuetu
do faciat illā iocundam atqz dulcem videri. ea ſequi aggredi
amur Turpe enim eſt. quum tempus per ſecordiam abierit.
tunc demuz illud reuocare. quum preter dolorem nihil ſit am
plius vocanti rediturum.

¶Concluſio.

E-Go igitur que optima eſſe rebar. partim nunc vos ad
monui. partim omni vite tēpore admonebo Vos aūt
(quum tria ſint morborum genera) vtinam ne vos eſ
ſimiles preſteritis. quod inſanabile eſt. neu ita mente egroter3
vt pleriqz ſolent corpore egrotare Nam ij qui parua valitudi
ne anguntur. ipſi proficiſcuntur ad medicos Qui vero graui
ori morbo premuntur. ad ſe curantes accerſunt. At ij qui in
atram bilem inſanabiliter tranſuecti ſunt. ne venientes qui
dem medicos recipiunt Quod vos non patiamini. nunc rec-
ta conſilia aſpernantes. Finis.

¶Magnus baſilius de poetarum orato
rum hiſtoricorumqz ac philoſophorū
legendis libris (quo facilius intel-
ligatur) rubricis titulisqz inter
ſtinct9. foeliciter finit Impreſ
ſus Zwollis per me Ty
mannum Petri os de
Breda .·.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
228 E 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
228 E 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
228 E 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
228 E 3